

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Apologia mulierum in viros probrosos Joannis Motis
Neapolitani**

Motis, Giovanni

In thermis Anthoninis Oppidi Badensis, 1511

[urn:nbn:de:bsz:31-271621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-271621)



1944

42 A 1237 RH

Apologia mulierum
in viros probrosos Joannis
Notis Neapolitani Sacre
Sedis apostolice Secretarij

Io. Hifo Lectori

Sta lector cupiens noui
Mox audire aliquid ioci.
Sexus feminei venit
Patronus/sibi quid velit
Aut ex postulet: auribus
(Gratis accipe) si placet
Vnq̄ vel placuit tibi
Ingens laus mulierculæ.

C Hecatosticha et penthadecas ele
giaca: de obscenis mundi volu
ptatibus extemporalis
Georgij Gockenschna
belij Quingensis.

Epistola: 143

mus comes: Diurnus quoque socia thori: custos laris integerrima:
ædium magistra: alumna gentis: prefecta familia: educandos libe-
rorum tam dea quam mater: Quid verbis opus, me Hercule rei familia-
ris nihil fere habet qui uxore caret. Nonne uxorem qui habet mul-
tis in rebus prior potiorque debet haberi ac preponi? Ut in L. Julia
rectissime sancitum est. Unde canebat, F. Philephus in Saryris suis
Qui cõiugis expers esse cupit sceleri maiori obnoxius ille est. Nõ-
ne & uxore si cares serui expilant: suffurantur famuli, Sodales &
vicini carpunt: non stipatoria: non capsę: nõ scrinia tuta sunt ab in-
sidijs: omnia fraudi iacent exposita atque neglectui sita. Squalent &
omnia: domus quisquilijs sordida est tota: nihil reconditum: nihil
distinctum: sine modo: sine nitore: sine ordine, dissipata & proiecta
sunt omnia: Sola vxor hæc potest omnia, Inde sequitur ut predictus
F. Philephus suis in Odis canit. Quo fit ut ante diem viridis ma-
trona senescat: Et passis rugis os tegat omne suum. Non viro tibi
iusta inuidere: eadem que tu ipsa vuls: eadem illi iucunditas: eadem il-
li tristitia est. Aduersa si fortuna ingenium illi non dederit Terenti-
anum, de quo Comicus ille: Ingenium inquit Mulierum noui, &c.
Si ergo tanta est laus: dignitas: tantaque reuerentia prius danda mulie-
ribus: placet conari ut hæc Apologia quã solus tu longe (licet ut
suspicio defraudatam) repositam habebas, denuo domini Philephij
meaque operum cum lecta tum reuisa in lucem iret: amborumque iudi-
cio dignã huiusmodi fore proclamamus, Fidentes ob eã ipsam re-
neminem nobis iure posse succensere. Cetera quoque libello huiusce
modi appensa meo arbitratu nõ minoris esse duco. Tu tamen tua
pro prudentia digna si sunt illa probato videbar videre Apologiã
hanc solam pio lectori siue emptori satis breuiusculam fore: quare
que cernis amici nostri & ingenui adolescentuli cuiusdam nomine
libello huic adiunxi: quo is gratior humano lectori doctas in ma-
nus veniret. Vale tu bene & que prospere mi Guillelme: Tuum quo-
que quem id hæcenus non desisti amare Hisonem amato: Ex Ther-
mis Anthominis, viij. kal. Augusti, Anno, M, CCCC, XI,

Apologia Mulierum:

¶ Apologia mulierum in viros probrosc
Ioannis Motis Neapolitani sacre Se.
Apostolicę Secretarij incipit.

¶ Anteloquium eiusdem.

Iste animo voluens quod acerbis iurgia veris
Femineo generi dicere pergar homo:
Quod probris laceret q̄ multis improbet illud
Criminibus, nequij̄ verba tenere mea
Vera loqui cogor / maribusq; ostendere quid sint
Ut quandoq; sua si placet ora doment.
Non furor vllus agit: muliebria iura tuentem
Sed dulcis nostram femina poscit opem.
Dulcis enim mulier faciens quoq; dulcia semper
Cui nunq; asperitas nullaq; dura placent.
Nec prefferre viris mulieres curo / nec ausim
Femineas laudes / claraq; facta loquor
Vos nunc io compello viri / patientia parua
Sit vobis: quoniam parua querela mea est.
Non mihi ledendi vos est sententia menti.
Sed placare magis vosq; docere volo.

¶ Patronus mulierum nomine viros
admonet. Alloquiturq; sua vt au-
diant verba.

Apologia



Vnite nostra mares muliebri carmine dicta
Et non femineum despiciatis opus:
Cur muliebri gen^o: cur vos muliebria facta
Temnitis: ingenti digna favore colit:
Ah pudeat quoniã nos vobis facta coequãs

Sæpeq; precellit femina clara viros:
An quia nos premitis vel quod femoralia fertis:
Creditis exinię laudis habere decuse:
Vel quia plus vultis / seu plus audetis iniqui
Creditis ingenium maius inesse viris
Facta probant homines: sequitur res inclyta virtus
Et virtutis opus gloria laudis erit:
Absit liuor edax: odiumq; & garrula lingua
Omnis. & a vobis horror & error eat
Vera sed in medium recto libramine demus
Vt bene cognosci femina virq; queat:
Est ab humo formatus homo facta eius ab offe
Femina condignę dicta virago fuit:
Vos pater omnipotens dños vt phama vetusta est
Vtq; canunt libri / nosq; vocauit opem:
Hinc nos cura labor / studiosaq; sarcina rerum
Vos furor / ingluuies / segniciesq; iuuant:
Perq; nouem ferimus natorum tedia menses.
Quis dolor in partu: nemo referre potest.
Quis natos / nisi mater alit: nos vbera natis:
Nos alimenta damus / nosq; subimus onus:

Mulierum.

Quos pueri iuuenesq; senes desertis amictus /
Hos texit propria foemina quæq; manu:
Nosq; dapes: mensasq; thoros: & vina paramus,
Et quicquid vobis credimus esse pium
Gaudia dat sanis / dat vobis oia foetis
Fœmina fert ipsis: datq; salutis opem
Nos liquidos colimus fontes vos grãde phalerũ
Et nos prata iuuant, vos nemus atq; fere:
Vos delectat apri studium, nos vellera pexa:
Atq; iuuat pressi nobile lactis opus
Sed vos nil nisi supra iuuant: & furta raping
Armorumq; fragor: cedis & æris onus
Pabula nostra pecus citius q̄ vestra refumit:
Ceruus: asellus, olor: bos: ouis: agnus: auis.
Porro coalescit melius quod fœmina plantat,
Q̄ quod ponit homo: palmes & herba pbant
Templa frequentantes placamus numina læsa
Sæpeq; nos facimus illa benigna viris.
Vos iuuat ara parum: vobis est alea curæ
Atq; fori strepitus: iurgia: scorta: pilæ:
Vos iuuat illa Venus: quæ castos rumpit amores
Sed nos (quæ nutrit) casta Diana iuuat:
Si quandoq; viros probamus, causa virorum est
Quid tam bilose nomina nostra vocant?
Et licet a vobis iniuste ledimur eheu:
Attamen vt molles / oscula nostra damus:

Apologia

Si mare fulcatis: si verritis oppida terræ
Orbis ad externos vel nouus ardor agit,
Non virtutis amor: nec laudis anghela Cupido
Vos mouet: immo trahit tetra cupido lucri
Quod si forte (quibus famosum nomen habetis)
Opponetis ea quæ furor arma facit
Arma decent stolidos: sine bellis floruit ætas
Prisca diu. sapiens atria pacis amat.
Sed sunt arma sacra quotiens resplenduit illis
Femina conficiens agmina multa ducum
Virgo parens christi laus & lux vnica mundi
Humani generis gloria spesq; salus.
Horrendum pressit preforti morte draconem
Restituens bellis perditâ cuncta suis.
Inclita Semiramis testatur phama potentis
Et quæ mille dedit Penthasilea neci.
Strenua magnificum vicitq; Artundrea Xersen
Sepius illa Venus: digna trophæa tulit.
Et quis erit qui forte loqui de laude Camille
Definet armorum quæ fuit omne decus
Has paucas dixisse sareft: nam mille tacemus
Quarum phama vigenz circuit omne latus
Opponetis adhuc musas: & forsitan artes
E quibus accedit gloria pauca viris.
Litera qua fruimur per nos est vero reperta
Euandri matris comperit ingenium.

Mulierum:

Atq; nouem musæ: muliebri nomine gaudent.
Artibus insignis ipsa Medæa fuit
Mille viros valuit mulierum gloria proba/
Carminè quæ sacro nobile fecit opus
Ipsius hæc relegens diuinâ archana Mædonis/
Elicit ex illis vnde sit alma fides:
Femina Sapho fuit: quæ saphica carmina primū
Edidit, & magnum nomen in orbe tener.
Ite sacros vates vestros celebrate quotannis
Nobis phama satis maxima Pallas erit,
Et sat semper erit denis adiuncta Sibillis/
Nata phrigis Priami dira futura canens,
Vt raceamus eas omnis / quas gloria morum
Reddidit insignes: lausq; perennis habet.
Dicere per paucas hic nos tamen impulit ardor
Quas nunq; poterit perdere liuor edax.
Nunquid Penolope viuit cum laude perennis?
Atq; pudicitia: nobile Dido decus?
Et regina Saba, magne tres insuper Annæ,
Et Iudith ac Hester atq; Susanna simul
At electra pia Zenopia porro diserta
Atq; ipsa Antigone filia fida patri.
An Cleopatra tuas reticebimus inclita laudes?
An Rachel an Ruthi? an ne Rebecca tuas?
Splendent Octauia: Lucretia: Martia: Olimpia:
Iulia Pompeij, Portia Catho tua,

Apologia

Nunquid & aureliam aphantiaq; tacere disertam
Possumus: & Tiriam Corneliamq; piam?
Quid nos instabiles/fallaces atq; salaces:
Mordacesq; vagas:dicitis atq; leues.
Cum simus stabiles:veracib; atq; pudice/
Proh nisi peruertant nos aliquando viri:
Nec reperitur inops cunctis virtutibus vlla
Sit nisi peruersis sollicitata viris.
Exagitatis enim vos nuptas atq; puellas
Fraudibus & donis/pollicitisq; pijs.
Nam vos quæ mulier (quamuis lasciuia) rogauit
Sepe frequentatis verba:precesq; minas.
Vobis nulla fides, vobis constantia nulla
Fallere nos cunctas:creditis esse piam.
Mille fidem nupte seruant sine fraude maritis
Vxori, sed vir rarus in orbe tenet,
Innumere post fata viri vixere pudice
Quod vir raro facit femina si moritur:
Nemo genus nostrum nisi sit quem femina vicit
Improbat: immo probat protegit atq; colit.
Quid facimus: quæ culpa potest incumbere nobis
Cur Salomon nostro captus amore fuit
Victus Aristoteles/ Maro si superatus ab vlla
Si sapiens alius fert muliebre iugum.
Si quoq; pelidem muliebris vescit amictus
Nostraq; non spernit Herculis arma manu

Mulierum:

Nec vi nec laqueo nostros venamur amantes:

Forte decor noster cecat & arcet eos.

Nam nostrum sexum pulchre iactantia formæ

Cepit/ & in faciles arcuit illa plagas.

Ah vos ah faciles nostrum ratione decorem/

Atq; suum libitum vincere nescit homo.

Forfan in oppositum nobis dicetis iniquæ

Nos memorasse bonas: & tacuisse malas

Sed vos quando genus vestrum cū laude leuatis/

Herodis nunq; commeminisse iuuat

Non vos in medium Cathilinam/ siue Neronem/

Et nec multorum ducitis acta virum

Sed iam tempus adest nostras compescere linguas

Sæpe nimis longus tædia sermo parit

Ite mares vobisq; magis sit foemina chara

Nanc; sumus vobis vita salusq; viris.

¶ Pro laude Mulierum

Sebastianus Brant.

Wer frauwen übel reden will

Was mag in helffen das

Er ist drum mit deß besser vil

Eyn straw syn müter was.

Quid culpare iuuat cunctas malefane puellas:

Fœmineum & probris contaminare genus

Non melior. non iustior hinc: non sanxior exis

Nec memor es mulier q; tua mater erat.

b ij

Laus Mulierum.

Syn iederman billich sol
Allen frauwen reden wol
Dann mancher frauwen sibel redt
Der weiß nit was syn mütter thet?

¶ M. R. Philesius.

Omnes iure viri merito cunctisq; diebus
Femineum celebrent cum probitate viri
Obiurgans aliquis sed em̄ est quandoq; repertus
Ignorans qualis femina mater erat.

¶ Beatus Arnoaldus.

Sexum condignis muliebrem laudibus omnes
Concelebrent summa sedulitate viri
Huius si quis erit detractor forte timendum est
Nequitiam matris non meminisse suæ.

¶ Ioannes Hifo.

Quemq; virū merito deceat benedicere semper
Femineæ turbę si colit ille pium
Est quis qui falso defert omnem mulierem
Garrulus & nescit quid suā mater agat.

¶ Vdal, Carinthus.

Cū mala sint tantū (mulier) tria / ponthus & ignis
Ipse velut quondam docte Menander ais.
Attamen non nostri est iam tēporis ista probare
Ne videar matrem commaculasse meam.

Finis

Epistola Seca.

¶ Hecatoſtica & penthadecas elegiaca de obſcœnia
mundi voluptatibus extemporaliſ Georgij Gocken
ſchnabelij Adoleſcentis Oringenſis.

¶ Sebaſtianus Currherus deckingenſis de li
bello Geor. Goc. Ioanni Hiſoni. D.

O Vm paulo ante mi Hiſo vixiſte in magnis Iulij caloribus
me in Gymnaſium Heydelbergenſe bonarum literarum
gratia contuliſſem: ibidemq; aliquot dies ſtudio addiſtus agerem
inter cæteros qui me cum amicitia tum familiaritate proſequebant
aduleſcentem quendam ſpectate eruditionis repperi: qui me maio
ri cæteris humanitate (neſcio quo ductus exemplo) complexus eſt.
Vnde ſæpenumero hunc ob ſuam in me beniuolentiam & amicitia
am non fucataſ meas in ædes conductitias traxi. Ei quæ mihi ſunt
politioribus in literis monumenta viſendi copiam præſtans: hic vt
eſt aduleſcens humanarum literarum apprime ſtudioſus. Nam & ſe
totum manſuetioribus muſis deuouit Buccolica tua carmina quæ
ad me ſuperioribus annis quum me apud ſaluifontanos ſacrarum
rerum adminiſtratoreſ gererem proprio tuo Cirographo exſcrip
ta dediſti ex ſuppelleſtili mea inſperato lecturus depromiſti: Quæ
quum tumultuaria lectione & auide luſtraſſet: tanta ſe iocunditate af
fectum aiebat. vt nec natalem ſibi diem (neſcio an ductus p̄p̄inqui
tate quæ artiſſima inter vos eſt an carminis ſuauiſſitate an omnibus
pariter) dulciorem fuiſſe palam diceret. Itaq; factum vt a me libelli
exſcribendi copiam peteret: eandem obrinens: libellum q̄ celerrime
exſcripſit. exſcriptum cum carminibus nonnullis animi ſui gratitu
dinem indicantibus remiſit. Inter alia autem quæ ad me plærumq;
perinde ac ad cõmilitonem dedit Carmen quoddam elegiacum quod
de obſcœnis mundi voluptatibus inſcripſit: In quo miram ingenij
ſui ſecunditatem: viua citatem & acrimoniam deprehendi. Quan
q̄ vix prima Tirocinia in tentorijs mineruæ ſecerit. Tamen in il
lis multo magis q̄ anni etiam promittant profeciſſe videtur. Poeti
camq; ipſam quiſquis vel etiam mediocriter edoctus non a limine
(vt aiunt) ſalutaſſe iudicaturus eſt: vſq; adeo etiam vt omnibus ſu
is appareat neceſſarijs, & tibi in primis haud vanam de ſe ſpem con

Epistola Hecata

cepisse. Nam hoc future bonitatis euidentissimū est iudicium. quū
ætate constitutus sit in qua alij obsecnis & Sardanapalicis (vt ita lo
quar) voluptatibus indulgent. Quos non solum non sequitur ve
rum etiam vitam illos deprauatam / flagitiosam / pestiferam : atq;
mores perniciosos & adulterinos Satyrice quadā mordacitate fla
gellat: ac vehementer reprehendit: sed iam receptui canendum est /
ne te plus equo detineam. Quandoquidē & ipsa epistola modum
flagitat. Anteq; ergo hoc poema meo iudicio satis tornarfi & gra
phice fabrefactum in aliorum manus flueret: tuæ censuræ perinde
ac ad veteranum & ferme emeritum munditioris linguæ militem
subijciendum statuit. Te proinde labeculas ac mendas pro ingenij
tui dexteritate (si quæ fuerint) eliminatum rogat. Suscipe ergomi
Hiso lubens hanc prouinciam / & da operam vt huiusce adulescen
tis fetura in vulgatione non indigna poemate tuo aliquo munita
ad Calographum veniat. vt hic cupiditate gloriæ illectus / ad ma
iora aliquando edenda accendatur. Vale bene & me mutuiter ama
to Heydelberge ex Museo nostro pridie nonas Sep. An. M. D. XI.

¶ Geor: Goc. Io. Hisoni politorum litterarū
professori Amico suo opti. maxi.

Qui doctes donis circumdatus Hiso mineruæ

Qui Daphne cinctus tempora fronde sacra:

Es madidus vitreis caput vndis bellorophontis.

Atq; comas fertis comptus Appollineis:

Audio Castalios modo te sumpsisse liquores.

Pipleidum es gelidis iam satiatus aquis:

Hunc hortum quare tibi mittit amicus apertum

Sepibus en quem sit texere cura tibi:

Sordiduli nostris hirci ne floribus obsint.

Ne mea pessundet gramina liuor edax.

Mundi voluptatibus.

Hortulus apicis meus est modo solibus vsus.

Ore humectari iam sitiente cupit:

Huic rogito lymphas extemplo redde serenas

Floribus vt risum sentias esse meis:

Actutum fibices sedas euelle cicutas.

Et viridas herbas infere mente pia.

Io. Hifo ad Lectorem de
libello amici sui.

Agricole nostri qui cernis carmina prima.

Accipe lance pia quæ cecinit iuuenis:

Naribus indulget; nihil cum pellegis vncis.

Per caput auriculas fingere sperne manu:

Q. si forte tibi/ quem lusit displicet actus

Ille tener vates. vel placuisse negas:

Tunc cane/nosq; tuas fac musas docte videre

Si lapis ac lapidas bellorophonis aquas:

Et tua si dederis recte laudabo reposta

(Iudex vt iustus) carmina digna viro:

Geor. Goc. Ioanni Sorbillino huma
nar; literar; viro egregie docto.

O for turpiloquus vias per omnes

Palans/hec soboles per ora gressus

En semper times fragiles mouere.

Sorbilline tuis nec audet ire

Armis / ecce theatra perpolitat

De obscenis

Thespiadum sacras timet cohortes
Hanc haud suscipias poeta vultu
Caprino. rogito statim ministros
Huic libethridos: arma pegasea
Morfu Liuidoli viri procac
Vt nostram nequeant vocare pleni
Pernici arma vocat funesta cursu
Apportare: quibus potest iniquum
Tute flectere poplites per orbem.

Io. Sorbillinus Geor.
Goc. Auditori suo

En placuit studium vel sedula cura poesis.
Vibranti audacem pollice laudo liram:
Perge igitur notos ne phœbi defere cantus.
Præbebit faciles nam pia musa nothos.

De obscenis mundi vo

luptatibus Carmen Elegiacum Ge
orgij Gockenschnabelij Oringen
sis extemporale incipit.

Thespiades modulaminibus succurrite vestris
Nymphę nunc ceptis annuit e exiguis.
Defluit in mundo tempus pernicious euro.
Cursu mox atrox accelerat tacito:
Noctes atq; dies igitur tibi sint homo Christi
Ultima nunc oculos iudicia ante tuos:
Iudicij immemores diri rectoris olympi

mūn̄di voluptatibus.

Obscœnis vitam leticijs gerimus:

Allicit in foedas iuuenem cornuta megera

Delicias/manibus florida sceptrā tenet:

Om̄itura cohors modo seclā mem̄to caduca.

Mortis telorum sed memor esto trucis.

Ignis dic flammās Ciprii cur irrita verba

Enucleas mundi gaudia & illecebris:

Desine Cerberei leges defendere faucis.

Sulphureis lethes ne rapiare vadis:

Sanctas incoelix leges quid spernis Iesus

Et vanas ditis delicias sequeris:

Dic peritura cohors quid Cripigenā perolentem

Deducis viram/& gaudia foeda colis:

Letitiæ pereunt, secliq; caduca voluptas

Nec pereunt summi gaudia clara Iouis:

Quare pestiferi semper leti memor esto.

Gaudia nam præceps illecebrosa cadunt:

Atq; dies cursu prolabitur hora silenti.

Ergo hominis vitam sepe memento breuem:

Est incerta dies, sunt certa immania fata:

Quæ dirimunt nostri delicias seculi:

Flens igitur Christo regi ser fumida sacra,

Ne phlegethonteos arripere lacus:

Sardanapaliacas quisquis curas cupit orbis:

Ebibet ille Erebi pallida stagna mali:

Philopoleme præcor prebes cur vota priapo,

De obscenis

Et bacchi festum quid celebrare iuuat?
Redde preces supplex superis / & candida thura
Regna Panomphi vt surripiare ducis:
Infirmis mundus flectit vestigia plantis,
Astrea heu titubat / claudicat atq; pedes:
Sibila Plutonis nec te vulpina molestent
Regis: nec stigi / dogmata falsa coles
Proh dolor Alecto iam letifico furiosa mephit
Dire sulphureo ditis ab amne venit:
Toruum quæ tristis secum agmen ducit Auerni
Singula quod palat climata nube nigras
Ista Dioneam in Venerem trahit inclita corda
Vora Mephitifere & illecebrosa gulæ:
Et callens homines obscuram ducere vitam
Arte sua cogit / nocte diuq; vagans
In mentes spargit sanctas lerneæ venena.
Inter concordēs ferrea bella cie:
Aspera nunc surgunt toruæ per secula bella,
Mauiorem pubes cuncta per ora colunt:
Vndiq; bellipotens Mars ardet cinctus in armis
Audaciq; manu toxica tela vibrat:
Amisissis modo pastoreis ruralibus armis,
Assumunt docti / bellica prela virum:
Armata incedit per agros animosa iuuentus
Porrectis clipeis ferrea pila quatit:
Nunc arcus iterum cupiens intendere laxos,

mundi voluptatibus

Qui rubigineo sorte colore scateni
Coritos lumbos hirtis est cincta sagittis.
Vibranti galea vel modo tecta caput:
Est Acheronteam vehementer percita bilem.
Horrida flagranti gutture bella cupit:
Nec differre potest in idonea tempora passus.
Bachatur ferro/cuncta per arua grauit
Nunc rigidos vibrans enses in robora dura:
Prosternit iaculo corpora multa suo:
Cingit lorica galeas: thoracacq; gnauius.
Et capiti ferro tegmina tuta facit:
Spicula dira manu terites ducitq; dolones:
Toruos ac tonos/horrida tela gerit:
Estuat/infanit/demens per rura/per agros
Haud tardat gressus/impatiensq; more:
Frugiferos deuastat agros/cultoribus illa:
Et gliscit superum despoliare lares.
Thisiphone haud tardat gressus hæc precipiente/
Illis astute pectora dira creat:
Iras en Stigio flatu inspirat furibundas
Impia per sedum pila mouere manu:
Ignau iuuenes nunc vltro bella capessunt
Vulnificis armis dant sua vota truces.
Dum ville circumsepte quassantur in igne
Flagranti heu milites impe te cuncta trahunt;
Vix trepide natis matres euadere possunt;

De obscenis

Pectora vel natos ad stupefacta premunt;
Extensis quatunt teneros palmisq; lacertos.
Extendunt tragica ad sidera voce manus;
Et meritis tremulę clamoribus aera complent.
Dant flauas ventis candida colla comas;
Stant quo perlustrant meste vestigia verunt;
Totam per noctem concaua saxa colunt.
Sed quum Latomus temones spargit in orbem
Ex saxo trepide femina mesta venit;
Frondeb; in medijs figunt magalia campis.
Per rura exiguas sicq; relicta domos;
Longa fames natos cogit modo gramine velsi
Paupere sub celebrant prandia parca casu;
Et sternunt sarmenta solo membris stipulasq;
Pampinee stipule sunt quoq; lectus humus
Noctem per lachrimas longam & suspiria ducunt
Languida nec segni membra quiete cubant;
Sic transire iuuat vitam scyllas per apertas
Est res mira quidem sed nihil armicolis;
Odia diuinum ducunt per inertia tempus.
Et vitam atrocem: per sua probra gerunt;
Diuitias ludos & Ciprigenam perolentem
Consumunt auro. si modo forsan opust;
Pars iacet vmbroso telis abscondita saltu.
Montanisq; antris pars caua saxa petis
Vtq; solent miseros homines spoliantur auari

Mundi voluptatibus.

Prædones / veneri quo placeant stolidæ;
Et nec securus per rura viator aperta.
Nec tute agricole pingua & arua colunt;
Dic quid futilius vitam committere scyllis
Ingenuam / denso nunc baratrocypdare?
Hij pereunt / vnus laqueis aut alter in igne.
Aut in letheas precipitantur aquas?
Omnia paulatim fædo in mundo hoc abolentur
Sese peruertit quicquid in orbe fiet;
Sunt tamen in seculo / qui supplicij cruciantur /
Marcida coguntur reddere membra foco:
Forfan egestatem in miseram quando rediguntur
Vexata & morbo / faucia corda diu:
Viscera longa fames contorquens intima valde
Nunc exhausta molestantur & ora siti:
En in gæsto pectus gemitu suspirat anhelum.
Et voces ducunt languida corda graues
Pila trucidis cernunt oculis immmania fati:
Morte prægmi: & vitæ heus extrema fila trahit
Pallida iam trepidant formidine pectora tristi.
Ne subeant stigij pallida castra ducis:
Tum votis celeres veniunt ad templa deorum
Poplitibus flexis: numina sancta colunt
Gaudia sic varij pereunt modo singula mundi.
Mors properat: subito labitur hora dies;
In mundo nulla est adeo sincera voluptas.

Carmen Geor.

Quin semper triste interuenit illa aliquid:
Quicquid habet mundus perit id cū tēpore tandē
Et celeri cursu transit auara dies:
Nullaq; certa quies hominis iucunda voluptas
Redditur extemplo flagitiosa/fera:
Erumnæ tuleris si quid/non mente sinistra
Suscipe/mox aliquid letitiæ sequitur:
Nam dijs sic placitum. meror fiet atq; voluptas.
Omnibus in rebus/quis modo uiuit homo
Aera post piceum phœbus nos sepe salutat
Auricomus croceo cristigenas capite:
Ethereas inter turmas spaciabere læte.
Claraq; stelliferi regna subire ducis.

¶ Geor. Gocken, in laudem
Auunculi sui Ioannis de
Canna, vulgo Rindman.

Dum phætonteos Temone
Auricomus merfit equos Titan/
Decliuo in Tartesia stagna,
Et disperfit rosida luna/
Igniuomos per mundum radios.
Hippocriueas sumpsisse
Limphas/in somno monstriuomo,
Sepe mihi visus Libethridos
Pierio fonte ex mustoso
Et liquidos permessidos vndis

Gockenschnabelij;

Iam satiatus. Castalides me
Laurigera ornauere coronas
Iam caput erecturus ad ethera
Autumo me deposuisse sicim:
Audaciter ergo aggressus opus.
Dulcisono Clio precor ad sis
Cantu. Cytharis nunc succurre
Noftris, ne languida tacent
Rindman Ioannis virtutes
Ingentes vt possim fuluo
Candida plectro flectere filas
Rindman Ioannes preclare
Insignis virtutis Alumnus
Floridus astreg obseruator
Mandati cultor stelliferi
Regis, amas & dogmata Christi
Gloria germanorum clara,
Te laudat germanica proles.
Et nomen cuncta per ora tuum
Magnifica fertur modo laude.
Magna salus campi patrijcs.
Et speculum nostræ tu genesis.
Turba sacerdotum marmoris
Te duce/ fulcris Oringuiam
Fornicibus pictis edem. modo
Haud multo struxerunt ære;

Carsten Geor.

Flatibus Euterpe dulcisonis
Heus mihi nunc succurre canenti
Neu preteream ingenuos mores
Istius .& virtutes claras
Vir grauis es sed non animus tibi
Fedato est inflatus honore.
Poplitibus gressus moderaris
Mitibus .& dulci sermone
Ac simulos liuoris abhorres
Iras derides flagrantes.
Sæui non arma foues Martis
Ast voce dica spolion suaui
Extollis lites experta
Est quæ nunc componere diras
Es cuncto tu mitis in actu
In miseros: solamen egenis.
Ac ingens patronus miserum
Ad tristes delicias faucis
Cerberci vmbas mittis vana
Empiree letitiæq; memor
Non ardor opum te vexat plus
Sed tamen (vt vulgus prohibet) Tu
Es Creso ditior egregio
Neciuga lasciuæ dura gulæ
Fers: celebras festum nec Bacchi
Es constans: & fidei magne

Gockenschnabelij.

Singula & equali lance regis:
Haud dissimilis Marco Attilio:
Egregia aut septus virtute
Ad superos quæ diuulgata
Romuleis equandus auitis
O vates excudite vestris
Nunc Cytharis suauiloq̄s modulos
Illius in laudes præclaras:
Linguosus laudes nequeat
Narrare tuas Argus cultas.
Castra subintrabis fulgida tu
Lete paradisiaci campi
Virtutibus ergo tuis tantis
Rindman Ioannes præclare.

¶ Idem nobili viro ac domino, D.
Thome Truchessen Decreto,
doctori omniūq̄ bonarū litera-
rum studijs viro addiciss.

Illustri Sophiæ cultor tua candida virtus.
Allicite nostræ fila mouere lyræ:
Dignas quas referam grates tibi nescio Thoma,
Cor quotiens meriti nititur esse memor:
Visere pierias quia quod nunc Hise tabernas
Carpit iter nostras: captus amore tui:
Ergo tuis: calamo meritas persoluere grates
Dulcisono/nequeo/cultor/amice dei:

d

Carmen Geor.

Horrida o Lachesis longos in Nestoris annos.

Illius rogito stamina clare trahe.

¶ Idem fratri suo Io. Gockenschnabelio:

Frater Ioannes rabidos compeſce furores /

Oris multiloqui: inſuetæq; frena rege:

Sacræq; te Rhodijs imponere quid iuuat aris:

Alcide: Veneris ſordida tela ſequi.

Atq; gulæ cur vota foues laſciua rapacis?

Quid Brumio prebes orgia ſœda tua?

Non puer es vitam duxti ſex quinq; per annos!

Extemplo frater: nunc reſipiſce modo.

¶ Eiuſdem Carmen Heptametru Dia
logicum ad ſuum libellum Collo
quutores proles. i. libellus pater
.i. autor proles loquitur.

Proles.

Quid planas dilecte pater celeres mihi retardas?

Me iuuat vndoli ſyrtes maris ire per voraces

Horridus intempetiua: Boreas mouet procellas

Per pontu: haud raro fortiffima redde lora paſſu

Æolici ad littus venio quibus aduolare poſſum

Pater.

Proles quid torques: tam ſæpius ore me moleſto?

Ad me tot lachrimas cur flagito ducis heus inanes

Nunc immaturas te flectere per profunda grefſus

Equora fauſtis annuere / & tibi remigare loris

Gockenschnabelij!

Naues: Anfractus experta capacis haud charibdis
Siste pedes rogito: belua Thetys estuat. marinis
Dentibus heu nostrā q̄ te fragillē vorat cruentis.

Proles.

Dic cur verba refers mihi talia fronte luigata?
Austeram ostendis faciem mihi/q̄d ratem recusas
Ducere firmā/per spumas salis ære nunc ruentes
Nectardare q̄ gressum/ipatiens more arma prebe
Vndas scindere da veniam:cito vincla solue dura
Per mare/per terras/ obruptaq; montium vagari
Me iuuat: vrbes Aonidumq; videre nunc Theatrū

Pater.

Etherei regni dij Mnemosynes videte nymphę
Quis nouus indomita plem furor excitās erinņę
Per tempestates inodo flectere poplites sonoras
Luctantes fluctus compesce: peto statim furores
Acce/ventiuomi iam vincula carceris refrena
Ne prolis prora infigi scopulo potest acuto/
In syrtes pelli.& ne turbine vorticis vorari.
Immo si gliscis cunctas volitare per charibdes
Passus matura: sed tutior inter ire campos
Possis tu patrios/fastas poteris mouere plantas
I fuge. iudicis inter nodia flecte nunc ad edes.
Eheu singula ponti numina matre cum Palemon
Dori cum natis: compescite turbines marinas

d ij

Carmen Geor.

Nunc phibetu vulcanē: ignis. ether: heu micat ne
Fœlices ad postes iudicis vt queat venire.

Ad iudicem pater.

Maxima nos Hifo en discordia concitans amice
Iudicete multis haud enucleabo cuncta verbis.
Iurgia tu Cytharis scis tollere nūc molesta blādīs
Castaliij (vt phama est) vndas pecijisse te serenas/
Fontis vel gressus per phocidis arua tetulisse
Eurote per agrosq; cacumina sacra pegasiq;
Ecce vbi cirreus tibi plestra dedit sonora Apollo
Nervos daphnea & tua tēpora culta fronde cinxit
Prouocat en miserę lingua soboles mea hęc pterua
Ceruleum classem deducere per fretum: fauere
Flatu. cum rigidus ventos boreas mouens acuto,
Nos hiberna dies cum non sinit Ire per niuosos
Mōtes: dū glacialibus & riget omē nūc solū annis
Oppressus dubijs modo Tātalus alter ego amice,
An deceat plem vndiuomas volitare p charibdes
Sistere vel calcem: sub iudicio tuo reduco:
Arbitrioq; tuo: nunc vttere clare amice iudex.

Hifo diserte.

Finis.

Silvula. Io. Hisonis.

¶ Io. Hisoni Thermopolitano poeti
ce cōmanipulationis Ordinario Eo
banus Hessus Francobergius: eius
dem militię Stipēdiarius. S. optat.

Hiso decus patriæ/phebeos inter alumnos:
Mon minor Aonium tangere dignus ebur.
Illo dignus eras/ quo tu mihi tempore primum
Visus es audaci preualuisse Cheli
Docto Tymbrę cui velent tempora frondes
Cui facilis lyricum comet Apollo caput.
Legimus atten to viuaces lumine versus:
Quos leuis agresti fecit auena sono.
Imparili faciles currebant tramite Musæ.
Buccolico structum pectine carmen erat.
Vidimus agrestes circum dumeta puellas/
Te duce lasciuos ducere verna choros.
Rura palatino siquidem non fausta Philippo,
Leta tuis memini pascua bobus erant.
Intulit armipotens huic acria bella Sueuus:
Hinc celeri pugnax æstuat Hessus equo:
Ille tibi sese princeps debere fatetur.
Vergilio quicquid preside Cæsar habet,
Plurima ieiunus contexere carmina venter
Non patitur: causam qua tueamur habes.
Hesterni patimur sed adhuc pugnancia Bacchi
Iurgia, nec solitum pectora numen habent.

Silula

Ergo vale. rapidam dum sol mouet aureus annū

Quæris amicitia carmina pignus erunt.

Ex musico latini ordinis

Cenobio Erphordia.

¶ Saphicum dialogicum Io. Hifo

nis ad Venerem de quadam

olim sua Hifophila.

Hifo.

O Venus querunt puer: quid Hifo

Hiccerat tempus: plateas eundo

Per duas solus: fugiam ne cautus:

Sis mea consul.

Venus.

Templa dic quero/precibus deorum:

Anxius curæ: placidifq; ocellis

Adiuuent gnauis miserum: viantem

Per loca sacra.

Hifo.

Ipsa per bellæ loqueris sed vnum

Vafra dic. quid si videant amice

Me fores clandestum referare doctum

Fronte trementi:

Venus.

Lux amatori est fugienda cauto

Proditrix: astus. tacita sub vmbra

Hifontis.

Ad domum planos domine vocatus

Dirige gressus.

Hifo.

Id venus verum furor est amici,

Tantus at quando: pedibus retractis

Scandit vt rectum timidae puellae

Sole lucente.

Venus.

A diu noctu furiunt amantes

Lege sub nulla: placeant puellis.

Cur tue semper famulare amice

Hifo benigne.

I Elegia remissioris nume

ri suo de discessu ab eadē

Hifophila. Dialogica

quoq; cū Venere.

Hifo

Hifo flet lachrymas nil foelix corde preempto

Heu moritur moritur.

Venus.

Flere virum misere quae te dementia cogit

Heus facito capiam.

Hifo.

Dicere quid possum: certo nil, voce trementi

Heu morior morior.

Silvula Hisonis, amoris

Venus.

Si vis subueniam morbo dic quo crucieris

Heus mihi letifero.

Hiso.

Hic prius heu mecum recuba sub cespite molli/

Heu tibi ferre volo.

Venus.

Incipe ne tedio capiar turbata dolore

Heus bone virg tuo,

Hiso.

Eheu discessus me cogit iners ab amica

Heu mea vita perit.

Venus.

Non te discessus turbet gaude redeundo

Heus poteris facile.

Hiso.

Non ita securo dabitur sed ludus amice

Heu mihi pertepido.

Venus.

Si prius hanc nosti re tanta cautus amare

Heus bene tunc poteris.

Hiso.

Da Venus hoc flagito satura & tu pallida vota

Heu mea tum valeo.

Sue Simile Conclusio.

Vicit Aristotilem: Salomonem sicq; Maronem
Blanda pio prestans foemina verba viro:
Cornea Nasonem vicit. quoq; Lesbia fallax
Clarum melle suo nonne Catulle virum?
Et te Lucanum callens Argentia vicit.
Delia verba dedit nonne Tibulle tibi?
Lydia te Flaccum. Codrum sua Misa refellit.
Ducit in hosq; dies femina mille viros
Me mea Venatrix astutula Thais amavit.
Dementemq; suo risit amore virum.
Me me non solum. sed centum vasa refellit
Gnauos cunq; viros creditur esse maga
Est mihi rivalis vir quidam nomine Crispus
Quem quoq; nostra Venus: vicit amore pari
Ergo nihil miri ituenis si lusus amore
Haecenus ipse fui. cum resipisco senex

¶ Adolefcens cum essem haec lusi
vt adolefcens iam vir factus
vir peccator penitentia ducor.

¶ Depuella quadam. V. Io. Hifo.
Masticat ad morem Veronica inepta balantis
Quas fundit cunctas in pia vota praeces.
Quod si non faceret motis malefana labellis
Effet supremis res bene grata deis.

Silula Hisonis.

¶ Hiso ad Vetulum.

Cum tibi sint veteri canentes vèrtice crines.

Cur est in mento barba nigella tuo?

¶ Hiso Ioanni Magno.

Diceris en magnus / paruus taraen omnibus eque

Appares: magnus paruus & ipse mihi.

¶ Hiso Ofori suo Petro Blicco.

Inspida nostro lacerabat fronte libellos.

Nomina qui a rapido fulmine Bliccus habet.

At negat & timida simulat sua crimina fronte.

Quippe timet nostros carmina sèua modos.

O mihi constaret. o res ea laciore esset

Mox se lesurum. Bliccus haberet opus.

H. T. I.

Inuida turba meam dubitas quid rodere famam?

Ferre queunt morsus hęc mea terga truces.

HOMO HOMINI LVPVS.

¶ Excussum in Thermis Anthoninis Oppi
di Badensis per Renatum Beck Ciuem
Argentineñ. Anno. M. D. XI. No
no Kal. Ianuarij. quādo pestis
preter solitam crudelitatem
Argentorati incrudescē
bat.

B, IV, 8.

